



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

II. De loco pœnitentiæ Angelorum in statu viæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

morum Angelorum infimæ hierarchiæ deliberationis
fufficere, fecundum est. His autem iuxta oculi, ad ple-
ne deliberandum, & viæ proinde abfolutionem ne-
ceffet fufficiens. Accedit viæ, & deliberationis plene tem-
pus non adeo ante curatum Angelis à Deo credi
denter poffe, vt nil amplius, eo, fuae quoque deliberare
abfoluta non poffent, conceffum ad deliberandum de
præceptis tam grauius cum rigidus, & avarusque temporis
exactor, & deliberationis noftre executor Deus nun-
quam fuerit, vt nec diuerfion, otio, reſpiratiue alicui
locum faciat, nec tempus relinquat fed deliberare vi-
geat anhelio denique. Cum, vltro tempus neceffarium
non ſolum phyſicæ, fed morali prudentiæ, ac non ni-
mis dura, & exactrice providentiæ deliberationi primæ
Angelorum de re ipſis præcepta, prælium deinceps inter
primo poſſeſſantes, & primo tranſgreſſores Angelos
fuerit, ſufficientibus bonis, & aliſque ſuaſionibus inueni-
entibus habitum fuerit (vt vidimus), & quaſtione quarta, iterum
ningitius videbimus) deliberationibus aliis notis Ange-
lorum, vt in alterutra prima perſiſterunt, tempus am-
plius viæ Angelicæ prouiſum fuit, duratio prolixior.
Certe his omnibus inſpectis gloſſæ ſententiæ memoratæ
ex allegorica iuxta textus interpretatione, & diſſiſt De-
lucem à tenebris in re à Deo incerte deciſioni liberum
adhædere; tameſi ſubdubius, & harenis adhuc: cur
neque pro ea ſententiæ firmum aliquod fundamentum
inueniam, vbi pedem figam, nec niſi ſuſpenſus, & ha-
ſitanti ſimilis gradiar.

QVÆSTIO II.

*De loco pœnitentie Angelorum in
statu viæ.*

D Vplex de loco penitentiae Angelorum in via est apud Theologos difficultas. Prima de possibili: an infelix sit locus penitentiae dati in via, Angelis absolute potuerit? Secunda, an eis datus de facto fuerit? Prima ex natura, & voluntatis Angelice flexibilitate, vel inflexibilitate ab eo affectu, quam semel concipit, omnino pendet: cum penitentia conceptum iam affectum de quo habenda est essentialiter supponat: quare: nisi a semel concepto flexibilis absolute Angelis sit, eius de affectu prout penitentie ipsi absolute erit impossibilis. Ne vero in hac difficultate equivoce laboretur, & ubi nulla est, questionem moveamus; de absoluta inflexibilitate penitentiae; & inflexibilitate naturae, & voluntatis Angelicæ: a semel debito deliberato affectu inquirimus. Nam de moralis quadam inflexibilitate, seu difficultate, à prima deliberatione absistendi, quam sapientiores etiam, homines habent qui ægrius à dictamine, & proposito primo absistunt, quia perfectioni virtutis, quæ parvis notitia, & cognitione de rebus deliberant, quam minus sapientes, eo quæ difficultas, ac difficilis, quam sapientiores, & sapientiores sunt, dubium non est. Quia Angelis ea moralis inflexibilitas, atque à semel concepto ex plena deliberatione proposito abscedendi impossibilitas additum infimæ hierarchiæ, & chori Angelii hominibus sapientissimis (quorum eis custodia à Deo mandatur) intelligentia, & sapientia longe præstant. Accedit malorum Angelorum qui lapsi fuerant in peccatum, ac à subinde solos penitere poterat, superbia, quæ, vel ex qua peccauerant facili esse in malo proposito obfirmatione, immobilioresque ab illo: superbis enim valde difficilis est diffaminis, & proposito primi tractatio, vi experientia quotidiana docemur. Secunda difficultas de loco penitentiae Angelorum in via de facto datis supposita etiam eorum flexibilitate à proposito primo, & semel admisso peccato, quam statuerunt scilicet, quia est ex aliis principis dirimenda.

CERTAMEN I.

*Absolute Angelorum in via inflexi-
bilitatis, Patroni fundamen-
ta dissecta.*

[illegible]

quit error affectus illius corrigi, ac emendari: nequit autem ea, prava voluntatis, & appetentis dispositio, in Angelis, animabus separatis tolli, etiam ab homine in hac vita, & statu tolli possit, & quotidie tollatur, ergo nec Angelus (& idem est de anima separata) potest ab illo pravo, & erroneo primo affectu corrigi, atque emendari aliave ratione dimoueri.

2. Hæc summam sententia huius fundamenta omnia à ratione sunt: & rigide pro physica immobilitate voluntatis Angelicæ accepta, sunt plane leuissima, ac prius Angelico præceptore indigna: quare alia, quam rigida hæc physice immobilitatis ipsum loqui, & discutere debita in S. Thomam reuerentia, & nos, & germanos ex antiquis etiam eius Discipulos iudicare compellit, ut inferius videbimus, etenim proportio illa in operando, inter motorem, & motum vniuersum, & in omnibus, ut principium à Thomistis istis accepta, & asserta ex eis principis, & axiomatibus est, quibus uti pro difficultatibus suis aliquot conclusionibus solent, & quorum negatio, & confutatio cuiusvis, etiam non nimis instructo discipulo in promptu sit, ut sæpe alias ostendimus. Speciatim autem in re præsentem ostenditur facilius: siquidem, cum alter, ex motoribus, atque ab eo motus liberum agens, alter vero necessario agens est, quoad modum operandi, vel necessario, vel libere, debere inter se proportionari, siue initio, siue in actionis conseruatione ex terminis ipsis repugnat; ex quibus constat alterum ex ipsis necessario, alterum vero libere esse operaturum: quare, cum intentum hæc ad illationem conclusionis proportio inter modum operandi intellectus in actu primis, & per se notis principis, ac persistentia necessaria, & immobili in illo, & voluntatis, quæ libere obiectum prosequitur, omnino sit, constat medium prorsus falsum esse, ad eiusmodi illationem, & probationem conclusionis ab his authoribus intentam. Secundo: etsi absque difficultate, atque ex sola apprehensione terminorum Angelus obiectis omnibus, quæ cognoscit assentiatur (quod falsum etiam est) atque in eo assensui nostro primis, & per se notis principis omnis assensus, Angelorum obiectis assimiliter intentum horum Doctorum non probat, quia euidencia assensus nostri primis, & per se euidenter notis, (unde immobilitas ab eorum assensui nobis obuenit) similis necessaria, & erga omnia omnia obiecta sua non est: quare neque inde immobilitas assensus Angelici, si euidencia desit, colligi poterit, & cuius paritate ad immobilitatem voluntatis Angelicæ à primo suo affectu deliberato arguatur. Assumptum proba. Primo ex assensui nostro principis primis per se, & ex terminis probabilibus, ex quibus plures, tam in Philosophia, quam in Theologia sunt, ut sæpe, cum hic, tum aliis nostris tomis animaduertimus, absque vilo discursu exhibito: huic autem similem assensum solum probabilem ex terminis ipsis, & absque discursu vilo potest Angelus elicere circa obiecta plura, quorum species proprias non habeat, nec propterea eorum ipsi intuitio debeat. Probo secundo: quia deliberatum affectum peccaminosum primo ab Angelo conceptum necessario præcedit iudicium practice erroneum de bonitate delectabili obiecti turpis, quod prosequitur, præferenda bonitati obiecti honesti, quod aduersatur: id vero dictamen, neque per se, & ex terminis notum, & euidens est, sed omnino falsum, &, cui subinde nequeat immobilitas Angelus adherere: imo vero variis multisque rationibus occurrentibus. Potest ab illo desistere, tametsi absque discursu vilo in id dictamen incurrit, falsum igitur est Angelum ita immobilitate semel cognitis, & iudicatis adherere, ut iudicium primum deponere nequeat: quare neque ex hac iudicii Angelici immobilitate generali, ad immobilitatem voluntatis Angelicæ à semel habito affectu discursu à paritate potest, nisi ex falsis discursibus. Ex quibus concluditur, rationem hanc Thomisticam, si de absoluta immobilitate physica intelligatur, ex immobilitate intellectus Angelici à semel iudicatis, (vnde paritas ad immobilitatem absolutam physica

cam Angelicæ voluntatis à semel conceptis affectibus sumitur) tam ex assumpti falsitate, quam ex defectu paritatis, & legitimæ illationis, nullam esse.

3. Verumque etiam eius rationis confirmatio, & explicatio seu conclusionis probatio vltior, ex S. Thoma citato loco, contra gentes plane deficiet, si pro absoluta physica immobilitate voluntatis Angelicæ efformetur. Vt enim error in primis principis ex parte intellectus, si ea ex terminis nota, & euidencia sint, ac subinde assensus euidens circa illa nequit, nisi amenti & vesano habituali, vel saltem ex falsa aliqua apprehensione actualiter decepto contingere: quæ prava dispositiones, si ex parte intellectus abint, sicut non potest, non primis principis per se, & ex terminis notis, & euidenter assensui, ita neque ab eis, ni amentia vel habituali, vel actuali præfata verset, ab eiusmodi assensui diuelli valebit. Ceterum, si prima principia solummodo probabiliter ex terminis vera sint, vel error circa per se nota: & euidencia, ex prava intellectus dispositione aliqua ex præfatis contingit, ea vnde cumque sublatà à falso, & erroneo assensui poterit inde intellectus amoueri, sicut ea non adstante, in erroneum, aut falsum iudicium circa prima principia nusquam primo incurrit, ut diximus, & ratio hæc Thomistica supponit: id quod tam respectu intellectus Angelici, quam respectu nostri verum æque habet: quare mobilitati physice ab assensui erroneo, vel falso circa prima principia, vel ex terminis euidencia, vel solum probabilia prava ex parte intellectus vtriusque dispositione sublatà à falso illo, vel erroneo circa principia iudicio vterque deficiet. Cum autem prava illa dispositio ex parte intellectus physice auferri ab alterutro intellectu absolute possit, vterque sane intellectus physice mobilis à iudicio illo erroneo, vel falso, circa prima principia absolute erit, ut de se patet, & ratio S. Thomæ supponit. Hinc autem, licet finis respectu voluntatis se habeat sicut primas, principia ex parte intellectus ad obiectorum prosecutionem, vel assensum, errorque seu vitium, ex parte voluntatis circa obiectorum prosecutionem, & appetitum nequeat nisi ex prava dispositione voluntatis, & appetentis contingere: cum tamen ea prava dispositio naturalis intrinseca, & essentialis physice Angelo, cuiusque voluntati non sit æque atque ab homine, cuiusque voluntate, physice ab Angelo cuiusque voluntate amoueri absolute possit, æque esset physice absolute mobilis, à præhabito deliberate affectu prauo suo atque homo absolute sit: quod male ex ea ratione, si de absoluta physica immobilitate intelligenda sit, ab hisce Thomistis, negatur. Id quod vltius ostendo: etenim prava illa dispositio, de qua Aristoteles ex parte voluntatis, & appetentis peccatoris, siue à fine vltimo aberrantis in turpis obiecti prosecutione intelligitur de prava dispositione solum obiectiua errore positum, vel (si in Angelis positum errorem non admittas) negatio ignorantia, & inaduertentia, aut maiori intensione, & efficacia, qua ponitur ab intellectu Angelico obiectum delectabile, turpe tamen, atque fini reuera vltimo, & summe sue felicitati aduersum quam finis reuera vltimus, & obiectum honestum ipsis obtinendo conducens, atque sui prosecutione ad ipsum ducens; hæc autem prava dispositio voluntatis obiectiua solum siue ex parte propositionis obiecti erroneæ positue aut negatiue, aliquove modo ex dictis defectuosa æque ab Angelo, atque ab homine tolli physice absolute potest variis mediis, quibus error ille, vel positius, vel negatiue, vel inaduertentia, vel intentionis, & efficacie minoris representationi verum vltimum finem, & obiectum honestum prae turpi auferatur.

4. Imo vero cum obiectiua eodem dispositio prava, erronea positue, aut negatiue, ac defectuosa propositionis obiecti non obstitit, quominus ita propositis obiectis primus affectus erga turpe libere protulit sit habitus, poteritque absolute physice erga honestum haberi: neque ex simili erronea positue aut negatiue quo-

tulivo

rem physicam ab affectu prauo ad penitentiam tribuit, nequitque, in via adhuc ex peccati demerito, eorum denegationem tribuit: immo vero, neutris pro statu via adesse in his, quæ ibi docet sepe supponit: quare pro hac etiam inclusione (de qua in terminis non agit) citandus venit denique noster etiam Quirós d. 74. sect. 2. expressus pro nostra hac sententia dum Angelis penitentiae locum datum à Deo in via fuisse docet, vii. & alij ex nollis quos certamine tertio referemus.

2. Probatur conclusio ex Patribus ita apertus pro nostra conclusione extat Damascenus 2. de fide c. 3. sub init. vt de eius sententia dubitari non possit: sic enim scribit. *Est igitur Angelus natura rationis particeps intelligens perpetuo motu* (sive ex Græco *semper mobilis*, quod tantumdem valet) *arbitrijque libertate voluntatis præditus, ac sententia ratione mutabilis* (ad verbum ex Græco *mutabilis secundum sententiam*) *hoc est liberam in utramque partem voluntatem habens*. Ne vero dicas ob extrema hæc verba, quibus totam sententiam colligisse videtur, solum contendere liberum, & quoque verum veritabilem voluntatem suam Angelum esse, dum arbitrio, & voluntate, ac sententia mutabilem dixit, idque saluari, si cum primo aliquid eligit, possit non eligere, vel eligere oppositum, est à semel habita libere electione non possit dimoueri, obstant primo illa *perpetuo motu, vel semper mobilis*. Si enim semper mobilis, ac perpetuo motu arbitrij, & libertatis voluntate præditus, etiam cum elegerit primo, mobilis esse ac mutabilis à primo concepta voluntate esse debet: alioquin non semper, ac perpetuo mobilis, & mutabilis: imò nunquam mobilis, mutabilisque erit, vt Deus, etsi in concipiendis decretis suis liber sit, quia semel conceptis assistere, & mutare sententiam nequit mutabilis dici non potest, eadem impugnatio continetur illis verbis, *ac sententia ratione, sive secundum sententiam* (quod tantumdem ac propositum valet) continetur. Tertio, ne mobilitatem, seu mutabilitatem abusue, pro potestate ad vtrumvis, à se acceptam quis putaret, sed proprie pro potentia se à præhabito affectu ad oppositum mouendi, atque abstinendi ab illo præcauit statim Damascenus, rationem mutabilitatis huius voluntatis Angelice subiungens, *quidquid enim creatum est mutabile quodque subit necesse est: id enim vnum extra mutationis aleam est, quod nihil habet, à quo sit creatum*: Deus scilicet, qui tamen liber, & quoque velit veritabilis voluntate sua est. Non ergo mutabile pro libero, & ad vtrumvis veritabili solummodo, sed pro mobili, ab vno extremo in aliud propria acceptione vsurpauit, ex plicatus autem suam hanc mutabilitatis acceptionem, & mentem, iterum dedit: rationem, ob quam libero arbitrio præditam, & ob quam mutabilis arbitrij, & voluntatis Angelum dixerat, ita subnectens. *Angelus itaque, vt rationis, & intelligentia particeps liberi arbitrij est, vt autem creatus in ea conditione erat, vt mutationem recipere posset, liberumque ei esset, vt in bono manere, ac progressum facere: quod autem textus primi sine mutabilitatem voluntatis Angeli à se dictam, breuius quasi colligens, & tradens concludit. Hoc est liberam in utramque partem voluntatem habens*, quæ libertatis solum definitio est, si præcisè poneretur verum haberet: cum autem sententia, & voluntatis præhabite mutabilitatem præmisisset utraque parte ad quam liberam voluntatem haberi Angelum ait, præhabita iam sententia, & voluntas, vtriusque pars altera continetur, vt liberæ voluntatis angelice esset Damasceno, vel illam conseruare, vel abdicare, atque ire in aduersam, vt proxime ex ipso recitabimus. Secundo, etsi hoc ita non esset, sed solius libertatis definitione, sententia concludatur à Damasceno nil aduersari prodixit: concluderet enim, non periphrasi sententia præmissæ, sed eius efficacissima ratione ex Angeli, creata scilicet libertate voluntatis, eius mutabilitatem physicam à se immediate assertam probans, vt deinceps à ratione agenter ostendimus. Confirmatur si fieri possit apertius ex eodem Damasceno sub fine capitis eiusdem, vbi ait: Angelos ad malum, licet cum difficultate suapte tamen natura posse absolute moueri, de bonis vero, qui & Angeli permanere, nec peccato via demones,

ac Diaboli effecti sunt, sed potius Beati: subdit. *Hanc vero etiam conditione* (status scilicet beatitudinis) *vt, ne vix quidem, moueri, atque inflecti* (in malum videlicet) *queant, quod tamen non eorum natura, sed gratia tribuendum est*. Quo loco Angelos omnes à bono semel concepto in malum extra beatitudinis statum, moueri, etsi difficulte, physice, & absolute posse docet: ac subinde physicam eorum in statu beatitudinis absolutam à bono in malum immobilitatem, non à naturali eorum à semel concepto affectu, etiam bono, in malum inflexibilitate, sed ex Dei gratia provenire. Confirmatur, ex eodem Damasceno Dialog. contra Manichæos versus finem aiente, *Quin Deus Diabolo quoque semper bona præbet* (quatenus ex se est, vt dixerat) *utrum ille accipere recusat, atque in futuro duo Deus omnibus bona fundit, ac vniquisque prout capacem se reddidit boni particeps efficitur*. Citius ergo in statu viæ malis Angelis conuenit recitare, bonum Dei recipere, quod libere reculant, cum recipere absolute possent, ex sententia Damasceni ex his plane constat, quo sensu eodem capite Damascenus de Demone dixerit. *Penitentia horro et ratione minime capax est, quia corpore uacat*. Neque enim ideo dixit quia purè spirituale naturam, & substantiam (cuiusmodi Angelum esse nouerat, & quem mobilem natura sua ab affectu quouis præhabito ad oppositum toties, eo capite, atque difficultis à bono in malum, quam à malo in bonum mutabilem docuerat) natura etiam sua penitentia, & retractationis cuiuscumque male affectorum, sibi contradicens, incapax subiectinè assererat, sed obiectiue, & salutis penitentia solum, quæ Dei donum, atque ex eius gratia necessario oriundum esset: quia nimirum, quia absque corporis incentiuis, & ruditate, atque à Deo maiori perspicacitate, & aduertentia purè spiritualis Angelus peccauit indigniorem se homine, qui corporis incentiuo, etiam deliquit reddiderat: incapacitatis nomine maiorem obiectiuam doni penitentia indignitatem Angeli, quam hominis, non autem absolutam illius incapacitatem intelligens, quam rationem obduratoris Angeli præ homine, in peccato, quæ in denegatione auxilij efficacis ad salutarem penitentiam consistit dedere. Nyssenus 1. Philosoph. c. 3. Cassianus collat. 4. cap. 24. Gregorius Magn. 4. moral. c. 9. Ildorus de lumine bono c. 12.

4. Secundo probatur conclusio ex Fulgentio de fide ad Petrum c. 3. ante med. vbi ita Angelis, & hominibus cognitionis Dei facultatem concessam ait, vt eam quisque habere, aut perdere posset: subdit vero. *Si quis tamen ea perderet, suo deinceps arbitrio resumere non valeret: ut illius esset, sancta cogitationis initium gratuita dono voluntatis denuo renouandis, quibus vellet infundere, cuius fuit in ipso creationis exordio, nulla præcedentibus meritis spiritus, & corporis loci, atque affectionibus, prout ipse sapiens voluit congrue, & mirabiliter ordinare*. Ergo in vtriusque vna eademque ratio impotentia reuocandisse à peccato ad iustitiam per salutarem illius retractationem, & penitentiam est: quod hæc ex Dei gratia necessario veniat, nequeat autem ex alterutris natura. Non ergo ex naturali alterius, scilicet Angeli, inflexibilitate: impotentiam autem, & insufficientiam naturalem hominis ad habendum sanctæ cogitationis, & bonæ voluntatis, initium sic deinde probat. *Bona quoque voluntatis, & cogitationis initium non homini ex ipso nasci, sed diuinitus, & preparari* & tribui, in eo Deus euidenter ostendit: quia, neque Diabolus, neque aliquis Angelorum eius, ex quo ruina illius merito in hanc inferiorem sunt detrussu caliginem, bonam perierit, aut poterit resumere voluntatem: quod si possibile esset, vt humana natura postquam à Deo auersa bonitatem perdidit voluntatis, ex ipsa rursus eam habere potuisset multo possibilis hoc haberet Angelica: quæ quanto minus grauatur terreni corporis pondere, tanto magis hac esset præditus facultate. Nisi autem Angelus à semel habita voluntate physice nobilis, & flexibilis absolute esset, atque à Fulgentio censetur male probaret hominem bonam voluntatem natura sua recuperare per penitentiam non posse cum natura physice, & absolute à malo in bonum, & contra flexibilis, mobilisque sit, ex eo, quod illam Diabolus natura sua ad semel perdidit,

Bedæ ad eum locum. Authoris historia scholastica, & aliorum, quibus accedunt Molina supra §. Secundo Angelus, Valquez etiam supra capite 4. §. Contra fundamentum, numero 13, atque scholastici alij ex rigilioribus, Ratio autem, qua Maldonatus huius sententiæ probabilitatem excludi putavit, efficax non est: facilius quippe, Diabolo vitum merito fuit Pilatum Iudicem innocentie Christi iam confensum, adeoque ad eius libertatem inclinatum, & propensum, eo vxoris nuntio ad Christum postrema sententia diffinita, ex qua eius, libertas omnino, iam, & vincte pendebat, obstruere, quam Phariseos, & Principes Sacerdotum, cum inimicis cogitationibus, tum adeo inuidios, ac subinde inimicè retrogrados, ad Christum necem procurandam odio obstinatos, obstruere ab eo proposito diuertere, & ad procurandam Domini libertatem, oppositis nouis suasionibus perducere, qua ratione etiam in hanc ego sententiam inducor. Secundo probatur, citra controuersiam antecedens: dubium quippe esse nequit, quin Diabolus expoliatus Christi morte infernum expertus, multoque iustos redimios, ac Dominum resurgentem, seque potestate tyrannica in homines priuatum, ac deturbatum videns, & hominum redemptionem, ea etiam morte peractam recognoscens, amve à se procurat vehementissime, præ inuidia doluisse. Terio demum probatur antecedens, ipsum, quia experientia ipsa pœnæ, cum priuatiuæ, & essentialis, tum positiuæ, quam patitur, atque æternæ passurum, se nouit, de peccato, ob quod ea patitur passurumque æternum est, sibi summo opere displicere, dolereque, etsi non honeste, & fructuosè, sed turpiter, & infestuosè Diabolum extra controuersiam cunctis Doctoribus est.

CERTAMEN III.

Efficax ratio à priori.

5. Probatur tertio conclusio ratione à priori data à Damasceno postremis verbis testimonij ex ipso recitata à nobis certamine 2. init. vt obseruauimus num 3. sub init. angelus liber (saltem in statu viæ) est in prima electione ex plena deliberatione, circa obiectum, quodvis habita, seu habenda: ergo ea etiam habita, liberè, ac ex deliberatione in prima duratione, quæ ad deliberandum, satis ipsi fuit, liber etiam in statu viæ fuit, in eius conseruatione, duratione sequente, sufficiente etiam ipsi Angelo ad nouam deliberationem habendam circa idem obiectum, ergo Angelus natura sua physice mobilis, & flexibilis absolutè in via fuit à semel habita libera, atque ex plena deliberatione voluntate. Consequentia hæc vltima euident est: si enim absolute, & physice immobilis ab illa præhabita voluntate Angelus natura sua esset, non posset, non in quavis duratione, subsequente prius habitam deliberatam voluntatem, & electionem primam circa obiectum illud conseruare; cui repugnat illam conseruare, vel non conseruare pro libito in aliqua duratione posse, vt opus est ad libertatem absolutam conseruandam illam præhabitam, deliberatam voluntatem, & electionem, circa illud obiectum in duratione sequente sufficiente ad plenam deliberationem circa obiectum illud iterum habendam. Prima consequentia (de qua lis cum aduersariis esse solummodo potest) probatur: ideo Angelus liber absolutè fuit in præhabita prima deliberata voluntate, & electione prima circa obiectum illud, quia voluntati eius adiuuit, cogitatio duplex altera bonitatis obiecti ad eius prosecutionem inducens, altera malitiæ ab eius prosecutione retrahens, atque ad eius fugam suadens: atqui illa ipsa duplex cogitatio æque retrahens, & inducens in sequente duratione sufficiente ad plenam deliberationem iterum habendam circa obiectum idem perseverat: ergo æque liber fuit Angelus pro statu viæ in eius voluntatis, & electionis conseruatione, duratione sequente sufficiente ad habendam iterum plenam deliberationem circa obiectum illud prosecutionem seu fugiendum, ac fuit, cum

primum illam deliberatam voluntatem, & electionem habuit. Dices: cum primam electionem, & deliberatam voluntatem habuit, non ideo solum fuisse Angelum liberum ad eam habendam, quod vtraque cogitatio retrahens ab obiecto & ad illud inducens adiuuit: sed, quia defuit præcedentia deliberata illius voluntatis, & electionis, quæ nondum habita præexistat: ex qua indifferens de se, & re, vt aiunt, integra voluntas ita præhabita voluntatis conseruationi deinceps affigitur, & immobilis physice adheret, vt nequeat ab eius conseruatione cessare, aut resiliire.

2. Petitur apertè ea solutione principium, vt supra cum Ægid. Masilio Valquez, & aliis Scholasticis politioribus contra Thomistas aliquot Sancti Thomæ conclusionem negatiam, & rationem de physica Angelij immobilitate absolutà à præhabita voluntate deliberata, & electione intelligentes obseruabamus certamine primo, ea siquidem ratio conclusio ipsa aduersariorum est, vt patet: quam ex natura voluntatis Angelicæ circa obiectum vtraque illa cognitione indifferenter propositum duratione sequente non minus quam in anteriore, in qua primum elicita, & liberè, ac deliberatè habita electio circa illud obiectum fuit, efficaciter impugnamus. Contra secundo: quia si quid ea ratio, & solutio præstaret, æqua facilitate voluntas humana eisdem cogitationibus, in sequente duratione indifferenter obiectum proponentibus physice absolute immobilis, ac inflexibilis à semel habita deliberata voluntate contra aduersarios defenderetur, vt cuius patet: vtraque vero confutatio fortior, & efficacior apparebit, si rem euasione eius enoluamus. Etenim physica absoluta potestas voluntatis cuiusvis de se se liberè, ac indifferenter, ad prosecutionem, vel non prosecutionem, seu fugam obiecti indifferenter propositi, in quavis duratione sufficiente ad plenam deliberationem habendam solum potest auferri per aliquid adiunctum voluntati ipsi ex parte actus primi, siue pro priori naturæ physice connexum cum affectu eliciendo, ac subinde physice voluntatem determinans ad eum circa obiectum illud in ea duratione habendum. Pater ex statis apud Boetium, Anselmum & reliquos Patres, & Scholasticos principij libertatis: inde enim solum aduenire voluntati cogitationibus indifferenteribus circa obiectum instructæ necessitas, quæ cum affectum ab ipsa esse, elicique facit, aut cogit, atque illum non esse, vel oppositum affectum esse impedit, ac prohibet: quæ sola necessitate absoluta, ac simplex, siue simpliciter talis, absolute, ac simpliciter tali voluntatis libertate aduersatur. Atqui ex præcedentia electionis, seu voluntatis deliberatæ duratione anteriore circa obiectum aliquod æque indifferenter proponendum duratione sequente sufficiente voluntati angelicæ ad plenam circa illud deliberationem habendam, nihil additur voluntati physice connexum ex parte actus primi seu prioris naturæ cum affectu præhabito, ad ipsamve habendum, seu conseruandum duratione sequente sufficiente: ad plenam deliberationem rursus circa idem obiectum habendam physice determinans. Ergo ex præhabito affectu deliberato, & electione circa illud obiectum à voluntate Angelica duratione anteriore eius absolute libertas, & potestas indifferens ad eum affectum, & collectionem conseruandam, & habendam duratione sequente circa idem obiectum æque indifferenter propositum nullatenus auferitur: quare, & ab ea physice, & absolute mobilis Angelus, cuiusque voluntas natura sua est.

3. Minor sola probationem apud aduersarios desiderauit, quam, nec leuem sic præsto. Actus voluntatis angelicæ semel habitus, ac præcedens duratione anteriore, ea præcedentia temporaria præcisè, non præcedit naturæ, & causalitate, siue ex parte actus primi, actum, seu affectum ab eadem voluntate eliciendum duratione sequente sufficiente ad plenam deliberationem, iterum habendam, circa idem obiectum æqua indifferenter propositum: ergo præcisè è sui temporaria, præexistencia nihil addit voluntati angelicæ ex parte actus primi physice connexum cum eiusdem elicientia duratione sequente, ac physice determinans voluntatem Angelicam ad eius conseruationem duratione perfata sequente antecedens

cedens probatur actus liberi, cuiusvis alterius, præ-
existentia in duratione temporaria præcisè non est præ-
existentia, ac præcedentia, naturæ, & causalitatis,
sive ex parte actus primi ad actum aliquem, sive alium
à voluntate eliciendum, vel ipsummet duratione sequen-
te conservandum. Primo: quia alias præcedentia tempo-
raria, & durationis cum præcedentia naturæ, & causa-
litatis contra Patres & Theologos omnes, magno Theo-
logia & dogmatum fidei damno confunderetur, ut vidi-
mus controuersia de scientia, de voluntate, & de prædesti-
natione. Secundo probatur: quia nihil potest aliquid
agere, ad illud agendum absolute, & actu conducere,
vel iuuare seu agendum impedire, nisi actu, & absolute
existens, eo vero, quod aliquid duratione antecedente
actu absolute fuit sequente duratione præcisè affectus
alicuius ad affectionem physicè absolute concurrere, ac
iuuare, eamve absolute impedire duratione sequente non
potest: solum ergo ex anteriore sui absoluta existentia,
& duratione potest ad sui conservationem, & persisten-
tiam, in sequente duratione conducere, quatenus dura-
tione illa anteriore sui existentiam, & permanentiam
duratione sequenti, exigit, & natura sua precatur, ut
creatis entibus natura sua permanentibus diximus verum
hoc modo nequit natura sua actus ille liberè, & delibe-
ratè semel ab Angelo habitus ad sui persistentiam, &
& conservationem duratione sequente sufficiente ad plenam
deliberationem iterum circa obiectum idem indifferen-
ter propositum habendum conducere, nedum de-
terminare, ex duratione sua prima Angelicam volunta-
tem: dixi autem, ac toto hoc discursu, sæpè, ac semper
repetui. *Duratione sufficiente ad nouam plenam de-*
liberationem: minore enim duratione sequente, quam
ad plenam deliberationem sufficiat persistiturum, conser-
uandumque actum, sive motu subito, sive deliberato
habitu à voluntate, tam Angelica, quam humana, cer-
tissimum est: quia cum pro ea insufficiente duratione
exercitum nouum liberatis voluntati creatæ, sit im-
possibile, ab eo actu, non secus, atque agens quodvis
naturale à sua prima operatione cessare non poterit.

4. Quod autem duratione sequente sufficiente ad
nouam deliberationem actus liber semel habitus à vo-
luntate Angelica ex prima sui existentia, & duratione
persistere, & conservari natura sua absolute non exigit:
quare, neque eo modo, ad sui conservationem vltiore
illa duratione conducere, nedum angelicam voluntatem
determinare queat, probatur. Primo: quis actus liber
primo habitus, à voluntate humana sui conservationem
ex prima sui existentia & duratione pro duratione se-
quente sufficiente ad nouam deliberationem circa obie-
ctum idem indifferenter propositum, ita absolute natura
sua, exigit, & conducit neque voluntatem determinat
humanam, ut physicè immobilis ab illo pro vltiore du-
ratione illa sit, ut omnes experimur: tamen eundem perma-
nentem, & perdurandi vltius, semel existens, & primo pro-
ductus actus ille habere natura sua debet, atque actus primo
existens, & productus à voluntate angelica, quin hic præ
illo titulum permanendi natura sua habeat, potestque habere
maiorē: ergo neque actus voluntatis Angelicæ præde-
terminat exigentia sua naturali ipsam ad sui conserva-
tionem. Secundo actus voluntatis Angelicæ subitus, &
indeliberatus non affert natura sua voluntati eidem phy-
sicam immobilitatem absolutam ab ipso, nec eam exigen-
tia sua naturali permanendi determinat, ut sequente dura-
tione sufficiente ad denuo deliberandum circa obiectum
idem indifferenter propositum, semel elicitum conseruet:
Ergo nec actus deliberatus semel elicitus ab angelica vo-
luntate, natura, & exigentia sua naturali permanendi de-
terminat illam ad sui conservationem vltiori duratio-
ne sufficiente ad denuo deliberandum circa idem obie-
ctum indifferenter propositum. Antecedens, ab experien-
tia subtorum, & indeliberatorum motuum nostræ volun-
tatis, quos accedente postmodum indifferente obiecti
eiusdem propositione, & aduerfariis ipsis, qui immobilitatem
physicam & absolutam voluntatis Angelicæ, ab actibus
semel habitis deliberatis solum asserunt, non autem ab
actibus indeliberatis subitulisque motibus suis, quia sci-
licet ita sententiæ, & deliberationis, suæ primæ angelus,
cuique voluntas immobilis natura sua adhaerent, ut ab ea

diuelli nullatenus possit, quod in subitis eius actibus mo-
tibusque indeliberatis non habet locum consequentia,
ergo sola probanda restat: sic ergo, eam probō, ac simul
assignatam discriminis rationem impugno: quia liber-
tas, quæ entitati actus subiti, & indeliberati voluntatis
angelicæ additur, cum liberè, ac deliberatè ab ea produ-
citur, solum addit potentiam voluntatis, in actu primo
ad eam absolute non producendum, cum eam producit,
ac subinde actus subiectionem, & dependentiam, ab ar-
bitrio, & potestate indifferente voluntatis angelicæ, in
actu primo, ut ab ea non elici, atque impediri, nec libe-
rè absolute possit: atqui ex dependentia hac subiectione
liberatis, & arbitrio voluntatis in essendo, sive, ut abso-
lute sit tunc, cum pro eius libito effectus produciatur, neque
illam, sibi subicere, ut ipsummet actum necessario pro-
ducatur: quia potius, infertur eius eidem voluntati, rei-
quis ad eius libertatem in actu primo constituendam ne-
cessariis instructæ subiectione, & dependentia, ut absolute
pro quavis duratione habita instructa voluntate, sit futu-
rus, ut patet: ergo, si actus secundum existentiam suam,
atque libertatis ratione seclusa, non ita permanens natu-
ra sua est, atque naturali exigentia sua perdurandi, ut
semel productus est, ut nequeat non à voluntate Angeli-
ca necessariis ad libertatem, in actu primo alias consti-
tuendam instructa, pro sequente vltiore duratione
conseruari, ex adiuncta ei libertate, & deliberata sui pro-
ductione qua à voluntate absolute produciuntur permanens,
ac sui perduracionem exigit, ut necessario à volun-
tate angelica, conseruari vltius debeat neque cadere.

5. Tertio denique à priori probatur eadem minor,
& data hæcenus eius probationes confirmantur. Actus
natura sua ab alterius libito arbitrio, & libera potestate
absolute pendens, eligit subiectus, ut in se absolute
sit, nequit natura sua absolute permanens, & exigit
perdurationem esse respectu agentis illius, ut velit nolit,
ipsum sit vltius productus, seu conseruatus;
sed potius imbibitam eam conditionem natura sua habet
perdurandi vltius, si illud alterum agens liberum à quo
qua tali natura sua in sui productione, & existentia
absoluta dependere aptum est, ac de facto dependet ipsum
conseruare pro libito veliti: ergo respectu illius agentis
liberi nequit habere exigentiam perdurandi absolutam
natura sua, ut ex prima sui existentia, & duratione ab-
soluta illud agens liberum in actu primo constitutum ad
sui conservationem natura sua absolute natura sua cogat ad sui
conservationem: atqui actus liberè, & deliberatè, ab
Angeli voluntate productus natura sua aptus est depen-
dere, ac de facto pendet in sui productione, & exigen-
tia absolute à voluntate Angelicæ, qua libera in actu
primo est, libito, arbitrio, & libera potestate: ergo ne-
quit esse, ita absolute permanens, exigentique suam con-
seruationem natura sua respectu eiusdem voluntatis eam
requisitis ad eius libertatem in actu primo constituen-
dam, ut, velit nolit, eam conseruare debeat duratione
vltiore, ac subinde, nequeat hæc à semel concepta
actu suo dimoueri. Antecedens primum absolute, & vni-
uersum est, verum etiam respectu Dei primi agentis liberi
increati quoad effectus, qui ab ipso reali physicè, nec so-
lum intentionali causalitate verè dependunt, cuius finis
creata omnia sunt: de eius enim decretis, & actibus libe-
ris, ab eius voluntate libera, verè quidem, sed solum in-
tentionaliter: quare nec propriè dependentibus alia est
ratio: est siquidem ab eis semel habitis, pro flux immo-
bilis, non tamen, ex actuum ipsorum liberorum exigentia
sed ex attributo immutabilitatis ex quo ab actu nulla
sua voluntatis, sive intellectus, sive libero, sive necessa-
rio semel habito quiescere, absistere potest: quod ar-
bitrio semel habito quiescere, semel habitus actus liber
voluntatis diuinæ de se sui que prædicatis possit ex vo-
luntatis diuinæ libito desistere, ac proinde intentionali
sua dependentia à Dei arbitrio, in sui conseruatione pen-
deret: cum autem Angelo, cuiusque voluntati immuta-
bilitatis absolute prædicatum repugnet (quia Dei attrib-
utum creaturæ omni repugnans ac immutabilis est) neque
erit vnde actus à voluntate Angelica libera in sui produ-
ctione, & existentia absolute pendens: ita sui conserua-
tionem pro duratione, vltiori ab eadem exigit
voluntate, reliquis ad eius libertatem in actu primo consti-
tuendam

Disput. IV. Quæst. II. Certam. III. 153

tenendam instructa, ut eam ad sui conservationem determinet, & cogat, sed conditionate solum, scilicet si ipsum velit pro suo libito, libertatiq; arbitrio conservare: quare æque in sui conservatione, atque in prima productione pendebit, mobilisq; physice à semel producto actu in sequente duratione sufficiente ad novam circa idem obiectum eadem indifferentia propositum deliberationem voluntatis Angeli absolute erit æque, atque in prima eius productione fuit.

6. Probatur secundo idem antecedens, ex quo consequentia omnes rationis huius à priori inoffenso currunt: etenim entia permanentia natura sua, quæ contrarium habent, atq; destrui, sequente duratione absolute possunt, & quo præsentem non producantur, nec primo absolute esse, & existere, non exiunt natura sua absolute pro sua sui permanentia, & conservatione pro duratione sequente primam in qua primo absolute existunt, sed conditionate, si scilicet contrarium fortis, à quo destrui possint pro sequente duratione non adiciatur: actus natura sua capax aptumque, ut à potentia, & agente libero, eiusq; arbitrio producat, & absolute sit, habet potentia sui pro eius libito efficaciter impediri, ut tamen primo absolute producat, & sit, eandemque nec virtutis, & potentie minoris, ut destruat duratione sequente pro eius libito (dummodo æqua indifferentia proponatur idem obiectum) ergo illius actus permanentia, siue exigentia naturalis per durationem, & conservationem pro vltiori duratione illa nequit esse absolute à libito agentis liberi, cuius arbitrio, à quo primo productus est, sed conditionate si eadem liber, to agentis liberetur: quod si naturalis permanentia exigentia perdurandi rerum, quæ natura sua permanentes, & perdurare exigentes dicimus, vim penitus rimemur, & naturam pleniora prædicta sentiet, ut enim permanentie vis physice adiuuat inminuit rei permanentis ad suam vltiorem persistentiam duratione vltiori, non est ut supra monstravi n. 3, sed solum intentionis motus, & precarie ad causam pleniorque primam à qua conservandæ res natura sua permanentes sunt, & quæ eius tituli permanentie cognitione potest habere, eoque moveri, ut eas pro suo libito conservet, etiam ubi contrarium fortis eius destruetum non adest: quia supra exigentiam omnem naturæ supremi sui increata omnia, & libertatis diuine ius præuat, quo circa eam earum semel productarum naturalis permanentia, & perdurandi exigentia Deus pro libito annuit, easq; conservat ratio, & propositio alia tituli illius præter eamque ut eas primo producat præcessit, Deo, ex parte actus primi aberrat, ut eas conservet, non vero ex qua ad eas conservandas, vult, nolit, cogatur, atq; ex parte actus primi determinatur, ut ergo exigentia, & precarius titulus non solum respectu Dei causæ primæ, & vniuersalis, sed etiam causæ 2. & particularis, nempe angelicæ voluntatis à qua etiam actus ille productus fuit, atq; ex eo conservaret Angelus intentione motu, nullam ad eius conservationem, ex parte actus primi absolute determinaretur, sed liber ad illam absolute persistere, etiam aliud motum, & propositum ad eius conservationem, vltia eam quæ ad eius primam productionem habuit, non tamen indifferentem proportionis ad obiectum eiusdem propositionem, vel fugam abolerent, tum adesse.

7. Precaria tamen illa exigentia permanendi respectu causæ 2. seu voluntatis Angeli sufficienter ex parte actus primi libera constituta pro vltiori duratione, ex qua primo productus actus ille fuit, haudquāquam est, sed solum respectu Dei, cuius est semel creata conservare cogitari posset, quia, ut dixi, proxime respectu agentis liberi pro nulla duratione in qua liberum in actu absolute est absolute permanentia ius, aut exigentiam absolutam eius actus, & effectus potest habere. Dixi respectu Dei illud habere, posse excogitari, quia tenetur respectu Dei ad quæ naturales illas preces pro sua conservatione fundat, absolute exigentiam, & ius perdurandi absolutum habere magis potest, quam permanendi in præsentia contrarij potentioris ad ipsius destructionem, ac subinde exigentia fortioris ad aliquod contrarium, quo res semel producta destruitur: siquidem ius libertatis causæ secundæ in actu primo absolute libera pro sequente duratione actus producti durationem qua productus est, atq; existit primo, & qui causæ sue libito, quando libera in actu primo, absolute est, in sui absoluta existentia, & effectione subicitur.

Christoph. de Ortega de Deo Vno. Tomus II.

nec amplius expectat, ut libere ab ea procedat, sitq; absolute liber, fortius quidem ius, & exigentia est, iure, & exigentia quavis permanendi, ac perdurandi, ex parte actus vltiori duratione conservandi: ac subinde adstante iure absolute libertatis in actu primo causæ à qua productus primo actus ille fuit (ut sequente duratione adest) nullum ius absolutum ad suam conservationem actui illi ex prima sua productione, adhuc respectu Dei, qui efficaciori, potiori quidem debet in sua connaturali erga res creatas debet attendere, vltatenus esse potest, sed demus gratis aduersariis exigentiam, & ius permanendi actus semel, à voluntate angelica producti, etiam respectu Angeli, nec solum Dei esse, ad ipsumque pro sui conservatione actum illum naturales suas preces fundere: certe illæ in differentiam propositionis, ad prosecutionem, vel fugam obiecti eiusdem non abolerent, etiam motum alium, ut in semel concepto, & habito affectu alterutro Angelus duratione sequente perseveret: ergo adhuc eo, absistere absolute potest, ac proinde ab eo physice absolute mobilis natura sua Angelus est, secundo potest absolute, & naturalissime ius, & exigentiam illam permanendi actus illius Angelus non attendere, sed solum obiectum, circa quod versabatur indifferentem, & eandem propositionem, seu equalitatem, vel maiorem, ut nobis sepe, ac semper contingit: cum autem deus ille, sicut motum quodvis, absque sui propositione voluntatem mouere absolute nequeat, necum absolute physice determinare, naturalissime eque, ac primo actum illum & potuit non producere, poterit enim duratione sequente non conservare, tamen si titulum, & ius permanendi absolutum respectu voluntatis libera, à qua semel productus est, haberet.

8. Sed inquit si ita hæc sunt, unde Angelus difficultatem illam maiorem absistendi à semel habito deliberato actu, quam primo illum producendi naturaliter habet, quam moralem impotentiam ab eo abcedendi diximus, si naturaliter titulum, & ius illud perdurandi potest non attendere, imò & sepe non attendit? Respondeo, ex maiore perfectione potentie suæ intellectu, ex qua perfectius de propositis iudicat, consulat, & practicum iudicium de agendis demum efformat, quo proinde difficilius abcedit, nouisq; rationibus in aduersum opus moraliter, & ut res vlti veniunt, frequenter habet, ut ab eo dictamine remoueat, ut in hominibus perfectioris, perspicaciorisq; intellectus euenire experimur. His enim, qui perfectius obiecta de quibus deliberatum primo fuerunt, maiores, potioresq; rationes in aduersum occurrere, quam occurrerunt, cum primo deliberatum difficultus est: ac eisdem illis primis solum persistentibus, difficile etiam est à præhabito dictamine practico recedere: eo vero persistente, pro solo voluntatis arbitrio, à primo habita deliberata voluntate, & electione absistere est item difficile: ex harum autem trium difficultatum coniuncto maior illa difficultas, quam moralem impotentiam vocamus, magna sui parte constat. Accedit connaturalis quædam, inditaq; intimæ perfectionis mentibus proprii iudicii æstimatione, qua rationibus pro opposito additis minus naturaliter ac sepe sine culpa, minime attendunt, ut iudicium practicum mutent, quia de eo habita iam deliberatione ita sibi natia illa, nec deliberata inclinatione blandiuntur, ut à dictamine, & deliberatione illa prima mutationem, ut quid suam perfectionem dedecens, detrahant: idque nisi studiosa valde humilitatis frequentis, ac propriæ cognitionis virtute præueniatur (quod quam arduum sit, nemo non videt) semper, & dictaminis, & electionis semel habite mutationem præcellis mentibus impedit: quod si huic naturæ præfatarum mentium, ac indeliberatæ præsumptioni vitiole in turpem elationem, & superbiam illæ inciderint, desistendi à dictamine, & proposito semel habitis, mutandique illa, valde augecet difficultas, eoque magis quo vehementiore affectu in easmodi vitia ferantur. Unde transgressis præsuperbia Angelis malis, ac præcipue superbissimo eorum Luciferi penitentia de peccatis suis etiam in viæ statu, quam magna suborta est difficultas, & quæ impotentia moralis iure optimo à Theologis censetur, non autem physica absolute impotentia, cum physicam penitentiam ab eis, ut vidimus, non aboleat, atque vehementioribus auxiliis ad penitentiam absolute possibilibus, possit fortius Angelus ad illam impelli, quam

quam actus natus, ac vitiosis inclinationibus, & affectibus in primo dictamine, & affectu detineatur: ut de se se claret, & numero sequente amplius clarescat: ex quibus constat, actum deliberatum primo ab Angelo conceptum, & habitum ex prima sui existentia præcisè, ex duratione nil in sui existentiam, & conservationem duratione sequenti physicè, nec intentionaliter, & motive intrinsecè sibi absolute permanentiæ titulo conducent, nedum determinans voluntati Angeli ex parte actus primi afferre (ut hæcenus contendebamus) sed aliunde ex inclinatione natua, ac superba acquisita in malis substantiæ rationalis intellectus, & voluntatis Angelicæ perfectione eorum conceptu semel dictamini practico, & deliberationi primæ adhesionem, & ab eis abscindendi maiorem, quam in homine, minus perfectio, & intellectus, & volitio, difficultatem (quæ moralis impossibilitas sit) Angelis suboriri, & malis Angelis adhuc in via ratu, quam bonis maiorem; eam vero physicè insuperabilem absolute non esse: quare, & Angelos omnes, pro statu saltem viæ à sententia, & proposito primo physicè mobiles duratione sequente sufficiente ad novam deliberationem absolute esse.

9. Sed neque ex aliquo habituali, quod ad eundem actum & deliberationem primo habitum sequente duratione præfata tuendam physicè ex parte actus primi determinans in Angelo, cuiusque voluntate relinquatur, cumque physicè absolute à sententia & deliberatione prima immobilis reddat: etenim habitualis illa adeo vehemens inclinatio, siue habitus physicè irresistibiliter, ad eum primo habitum actum deliberatum tuendum poterit mouens, & physicè inclians, solum ex maxima adhesionem Angeli ad obiectum illud primo habito actu, eique intrinsecæ, vel individuali, vel intensua potest provenire; nequit autem ab illa ex his provenire: ergo nullatenus ex primo habito actu Angelo, eiusque voluntati relinquere illi irresistibilis physicè & absolute habitus ille, & inclinatio potest. Maior est aperta: siquidem deliberatio, & libertas actus illius extrinsecæ denominatio actus illius à deliberatione, & libertate voluntatis, in actu 1. est, non vero intrinsecæ actus ipsius prædicti. Minor probatur primo, quia maior illa adhesio vel individualis, vel intensua primo habito actui intrinsecæ est actui illi ergo siue actus ille indeliberato, siue deliberato habeatur eque intensum, & magnum habitum, & permanentem inclinationem physicam ad eundem actum duratione sequente tuendum, & conservandum generabit, atque Angelo imprimet, cuiusque voluntati: ergo, etsi indeliberato, & subito actus, & motus ille ab Angeli voluntate prima habeatur æque illam, & Angelum physicè absolute immobilem ab illo, ac determinatam ex parte actus primi ad eum duratione sequente tuendum conservandumque reddet. Hoc autem negant expresse de actu indeliberato aduersarii. Antecedens primum probationis minoris Syllogismi primi est in re præsentem certum: etsi enim habitus seu habitualis physica inclinatio ad actus similes eliciendos ex actu intentionis & adhesionis physicæ cuiusvis repetitione sæpe possit generari; at ex actu non repetito, sed unico (ut in casu præsentem) ex sola eius intrinsecæ adhesionem maiorem ad obiectum illud siue individuali, siue intensua provenire potest. Consequentia vero inde deducta constat ex probatione maioris Syllogismi primi. Siquidem ex indeliberatione, vel deliberatione actus non mutatur intrinsecæ, siue individualis, siue intensua eius actus ad obiectum adhesionem. Viget, quia indeliberata productio eius primi actus, seu motus voluntatis in obiectum provenit solum ex defectu cognitionis, quæ ab eo affectu retrahatur, derineaturque ab illo, ex parte actus primi voluntas: ac proinde expeditior promptiorque sit ad eum eliciendum voluntas: quare, & maiore intentione, & adhesionem ad obiectum, quam si deliberato procederet, eliciendum à voluntate esse connaturalissimum est: inde motus subit, & indeliberatos voluntatis in bonum à Deo immixtos voluntati ex parte actus primi inclinationem habitalem ad actus similes deliberate, & honeste postmodum edendos imprimere valdeque proinde ad efficaciam gratiæ auxiliantis conducere frequens, & constans Augustini doctrina est, à nostro Valquez primum erudite observata, ac

postea à reliquis Theologis Scholasticis recepta. Probatur secundo: quia in hominis actibus, vel indeliberatis, vel deliberatis primo habitis æque magna adhesionem ad obiectum intrinsecæ intensua, atque in Angelis actibus primo habitis esse potest, atque æqua substantia in homine, atque in Angelo inclinatio habitualis ex illis generari, ac relinqui: & tamen per adhesionem nequit homo ex primo habitis actibus illis absolute ad eos tuendos, & conservandos duratione sequente prædeterminari, ab eisque physicè absolute immobili reddi: ergo neque Angelus. Probatur tertio: quia habitualis inclinatio voluntatis ad actum, propositionis viaditate, & efficaciam maiorem in aduersum addita (quæ Angelo etiam aduenire absolute postmodum potest) vincit absolute potest, superatque; in Angelis malis absolute finis, ut vidimus cert. 2. n. 7, tamen in abscedendo à malo effectus fuerint difficilioris mobiles, iuxta dicta nuper n. 8. post modum id quod in nostra verosimiliori sententia habetur, ceterum intellectus, tum voluntatis in viudioribus speciebus, ex actibus relictis constitutæ, apertius adhuc erit. Quam demum probatur: quia habitualis naturalis inclinatio ex actu quomodocumque relictæ ad similes solum actus, non ad eundem est: immo, neque esse potest: cum indiduationis determinatio causam naturalium non sit, sed ad causam primam Deum solummodo expedit, ut suo loco affatim ostendimus.

CERTAMEN IV.

*Questionis directæ de loco penitentia
Angelis in via à Deo facta
nostra decisio.*

1. *Physica absoluta Angeli cuiusvis, ac voluntatis* cius à semel concepto, & habito affectu quovis mobilitate minutius, subtiliusque (nescio an finitius) quam hæcenus statuta potuisse illis, in via saltem penitentia locum à Deo fieri dubitari non potest: quare ipsi in statu viæ locum penitentia: possibilem absolute fuisse censent omnes, quia semel elicto actu physicè absolute mobiles & flexibiles Angelos docuerunt, certamine 1. num. 1. Nec iam inter mediocres altissimi bonæ notæ Scriptores vllum est in questione de possibili ab eis, & nobis diffidum: quare affirmativæ conclusioni de possibili statuenda otiose, de superfluo, & inutiliter laboraretur: cum ex absoluta physica mobilitate angelicæ voluntatis à semel concepto affectu penitentia de eo, cum infructuosa, atque ad salutem inutilis ex non honesto, & turpi etiam fine, vel fructuosa ex Dei amore, & supernaturali gratiæ auxilio possibilem absolute angelo demonstraretur: de facto igitur & fructu, quo penitentia locus datus Angelis sit, est iam inter Doctores Scholasticos controuersia. Ne vero, questionem multiplicem, aduerso: eandem esse difficultatem de loco penitentia, siue vtilis, ad salutem ex gratia Desine inutilis, ex non honesto, sed prauo fine, à transgressione præcepti malis angelis transgressoribus à Deo facti, ac de loco retractandi obedientiam, atque non perscrutandi in bono etiam, facti à Deo obedientibus primo Angelis dum in via steterunt: ut hominibus in statu viæ ad vtramque penitentia: genus, siue retractationis, bene primum, maiore actorum, datus simul locus est: si enim status viæ angelicæ pro tempore diuisibilis datus à Deo fuit, ut videmus, ac Theologi, ex Patribus, & scriptura consensum ducunt, nec semel concepta ab eis vel obedientia, vel obsequio in malo, & in penitentiam pro vltiore viæ destinatione fuit retractatu impossibilissimum ad vtrorumque causam concludendum absolute, & promeritis, demeritisque eorum, præmium vel supplicium expectare à Deo fuit vtrique retractandi, primo habitus voluntatis fieri potuisse locum: imò & æque fors factum dubium esse nequit: id quod ex prælio bonorum, malorumque Angelorum in statu viæ habito de quo in suo Apoc. 12. n. 12. & nos q. 1. 2. mus, satis claret.

2. De loco ergo penitentiae salutis ex gratia Dei supernaturali auxilio à Deo de facto dicitur malis Angelis in via negant relati omnes cert. r. numero 1. pro physica absoluta Angelorum à semel conceptis adibus immobilitate, ab eisque absistendi impossibilitate: idemque ex eodem principio censent de loco Angelis bonis à Deo facto, in via à bono recedendi, ut libere perseverarent. Huic etiam sententiae accedunt Doctores alij, qui, sicut Angeli voluntatem physicè à semel concepto affectu quovis absolute mobilem censent: via tamen statum & tempus illud, quod ad primo deliberandum circa observationem, vel transgressionem præcepti datum est, mulatentur eorum, vel obedientiam, vel transgressionem prætergredi arbitrantur: immo verò instanti eodem, quod, vel obediunt boni, vel mali transgressi sunt præmissi, vel supplicij mercedem æternam, & irrevocabili ter dorantur necesse: quare vel penitentia de transgressione, vel retractatione, de obedientia duplici ex capite locum fuisse præclusum. Primo: quia in eodem instanti affectus alteratur, cum sui ipsius penitentia, & retractatione ex quovis sine, contradicte pugnat. Secundo ex statu, vel gloriæ Angelorum, vel damnationis Dæmonum, ex quo nulli eorum, vel ad peccandum, vel ad salubriter penitendum sue à bono, sine à malo patet regressus: ex eis vero Doctoribus, qui nobiscum, & physicè absolute mobiles à semel conceptis affectibus Angelos docent nec tempore, quo primum deliberato transgressi præceptum mali Angeli sunt, vel boni obediunt, via angelicæ statum fuisse finitum. Scarius noster lib. 8. c. 1. n. 4. negat Angelis in via eius duratione obediunt, vel transgressionem locum retractationis ab alterutra, & penitentia salutis Angelis transgressoribus datum. Consentit in eo Molina q. 63. art. 6. concl. 5. & vtrique Arriaga d. 2. sect. 1. n. 3. §. *Dices contra suppositionem*, in vtrouque vero conceptum definitio. Scarius quippe rationes singulas, & omnes quibus negatua sententia patitur refellit, ac postea ex illis concludit sumptis rationem pro illa instruit à num. 2. quia moralis solum impotentia penitentia salutis malorum Angelorum vltiore via duratione post peccatum admittitur, non autem physica, & absoluta, probatur: quia eo ipso n. 2. ad finem vique capitis malis Angelis vltiore via sua duratione auxilium absolute sufficiens ad salutem penitentiam, est perexiguum, & minimum, datum ascribit: quia statui via ad terminum supernaturalem auxilium eiusmodi censet esse, quasi connaturale: inde vero absolutam potentiam physicam eorum ad salutem penitentiam pro duratione peccati vltiore ipsi in via, & locum subinde penitentia salutis datum de facto fuisse eundem est: cum tandem Scarius concedat moralem solum impotentiam penitentia ex adiunctis, & conglobatis concludens, vti, & ex eisdem Arriaga vbi proxime, & toto n. 4. si eius rationes omnes attendantur citatur à nonnullis pro eadem sententia Vafq. d. 2. §. 9. n. 28. qui tamen de malis Angelis, non in via, sed in statu damnationis loquitur, ut ex contextu patet, & ex d. 140. n. 12. & 141. n. 17.

3. Dicendum nobis est Angelis malis penitentia locum datum de facto, pro via statui à Deo fuisse ita docent Scotus in 2. d. 6. q. 2. art. 2. §. *Ad argumenta* solut. quarti. Gabriel ibi art. 2. vbi etiam Lycheus. Salmeron noster 1. 4. & postremo in epistolâ canonicâ ord. 16. in 2. Petri c. 2. vers. 4. l. 3. ad dub. 3. à §. *Ad aliud præceptum dubium*, ad deinceps Lorinus in idem caput eundemque Petri versum, Alarcon d. 56. 4. remissive ad d. 9. c. 5. vbi ex instituto n. 6. §. *Ego vero probabilis p.* Quibus a. 74. sect. 2. Vafq. pro eadem sententia stare videtur iocis citatis, vbi de possibilitate penitentia Dæmonum in statu damnationis disputat, præterit d. 141. n. 17. vbi lapsus Angelis spem salutis veram (quam in statu damnationis habere nequeunt in via statu concedit, eam vero, nisi ratione auxilij sufficientis, ad salutem penitentiam habere non poterant, sed inane solum præsumptionem quæ à vero Theologico spei habitu provenire nequit. Hanc sententiam præfatus Salmeron adeo ab autoritate, & ratione fundavit, ut mirum sit ab aliquo, qui ipsum legit, oppositam defendi. Probatur primo: ex Patribus Cyril. Hierosol. Cateches. 1. illuminator. homines ad penitentiam experimentis divinis in peccatores misericordia frequentissime adhortans

Christoph. de Ortega de Deo vno, Tomus II.

scribit. Dicimus sane nos ex parte quadam ex illius ergo homines benignitate: sed asserimus, quanti ille, & Angelis condonaverit (indulget enim, & illis) quandoquidem ipse tantum unus est, qui peccato non possit, qui purgat peccata nostra Iesu. Ergo indulget, & condonat Angelis, vti, & hominibus post admissum peccatum; quod nisi de auxilio sufficienti, ad penitentiam, in via saltem, intelligi nequit, quo se, peccato suo, illi indignos reddiderant, ut locum propria condonatione, in eius collatione haberet, sed dices condonationem hic præservatiue intelligi, vti de Virginis Matris redemptione Patres, & Doctores scholastici loquuntur, est, sine originale quidem peccatum, cuius debitu incurrerit: quia ne alterutrum incurreret gratia Redemptoris filij præventia fuit: ita ergo, & Deus Angelis peccatum condonavit in actu primo auxilij sufficientis, quo illud vitare absolute possent, vitarentque de facto, si vellent gratuita, & misericordi donatione, id, quod subiuncta Cyrilli ratio. Quandoquidem ipse tantum unus peccare non potest. Christus, quibus de potentia non peccandi in ceteris, & impotentia peccandi in Christo videtur locutus.

4. Ceterum solutio est nulla. Primo: quia potentia non peccandi, atque ad vtrumvis indifferens in actu primo præcise, etiam per gratiam facta, condonatio actualis, adhuc præservatiue, non est peccati illius: nisi aliud peccatum supponat ob quod gratia illa indignus præsupponatur recipiens, ut nos per originale saltem indigui præsupponitur, sed necesse est, ut gratia collata donatio vitæ sufficientiam, qua indifferens potentia ad non peccandum constituitur gratia efficaciam è non futuro peccato alias futuro habeat adiunctam, potentia siquidem indifferens ad vtrumvis donatione neutrum extremum præ altero donatur, ut patet: quare nec præservatiue condonatur. Confirmatur: quia, nec Deus donatione auxilij sufficientis ad opus bonum, ex seria etiam intentione, ut illud exequamur, opus bonum nobis donare dicitur cum nec auxilium, quod nobis donat, ratione efficaciam quæ illi deest, & congruitatis adiuncta, & è cuius præscientia nobis confertur bonum opus de facto deolvat (vide Dei gratia etiam, & donum dicitur bonum opus ab Augustino in radice congruæ vocationis) ergo nec peccatum condonatur præservatiue donatione gratia sufficientis, ut videtur, nisi ratione congruitatis, & efficaciam adiuncta, ex cuius præscientia à Deo donetur, eius vitatio deolvatur. Confirmatur ex Redemptione præservatiue Dei patet ab originali, eiusque debito, ex qua arguitur: quæ talis non fuisset effectus non sequito neutrum incurrendi, ex sola potentia præservandi eam in actu primo considerata. Nec satis est Angelis bonis, qui non peccant, præservatiue peccati condonationem gratia efficaciam ad non peccandum donatione locum habere, Cyrillus quippe exemplo condonationis, & indulgentia Angelis peccatoribus à Deo factæ peccatores homines bono animo esse iubet, & ad spem divinæ indulgentia exigere contendit, atque ad penitentiam hortatur: unde, & solutiois præfate confirmatio evanescit: illud enim, quod solus Iesus ex creaturis rationalibus peccare non possit, solum adducit, aut Angelos aliquos, in quos indulgens, & condonans in via Deus fuit, auxilia ad penitentiam sufficientia quantumvis indignis tribuens, peccasse facilius suaderet.

5. Probatur secundo ex Nysseno primò, Philosophia capite tertio, scilicet potius, (ut scpe, ex nostro Belarmino monui) Nemesis apud tom. 5. Biblioth. veter. Patr. parte tertia, de natura hominis capite primo, vtrouque autem eadem habetur sententia apud Nyssenum, ex quo ea Salmeron recitat his verbis: *Soli homines hoc donatum est, & omni, & semper secundum huius vitæ tempus: post mortem autem concessum est nemini, scilicet post casum penitentiam agere de peccatis. Iam vero Angelis voluit post casum minime ea, quæ ex penitentia est, venia potiri: mors enim horum est casus. At ante casum ad similitudinem vitæ hominum, non etiam gratia illos dignos efficit* scilicet ut sicut homines in vita eos peccasse peniteat. Quod quia non fecerunt irremissibilem ac perennem deinceps nequitia, sua convenientem habebunt vindictam ex Nemesis, vero apud Bilioth. ita Alarcon. Proprium hominis esse, penitentiam

nitere, dum est in hac vita; morte autem obita, non iterum: quia post mortem non conceditur penitentia de peccatis. Quomodo etiam Angeli nonnulli volunt non amplius postquam lapsi sunt, consequi veniam per penitentiam; mors enim illorum lapsus est: sed ante lapsum ad similitudinem vite hominum etiam ipsis veniam Deum daturum fuisse, si peniterent. Hunc vero cum non peniterint eos errorum suorum aternis nec ulla venia remittendis supplicis meritis suis congruentibus multantur. Vtrumque textum exaravi triplici de causa. Primo: quia in eadem sententia vtrumque Patrem fuisse censco. Quia Nemesij opus ne fecatis nonnullis, quae apud illum sub proprio titulo de natura hominis, & animae facultatibus minus propriae, quandoque dicuntur, sub titulo alio philosophiae proprium etiam à Niseno factum, vel contra illis paucis additis Philosophiae Niseni libro alio suo proprio, Nemesij effecisse reor, secundo: quia ex utroque contextu constat lapsum casumque Angelorum (quo eorum via ut hominum via morte finita est) non quidem peccatum lapsumque moralem ex gratia in culpam, sed ex caelo, & localem significare. Tertio: quia ex utroque constat praefatam sententiam vtrique Patri communem, & eandem de venia per penitentiam (quae non, nisi de admissio peccato est, fuitque illis utique post peccatum possibilis, ab eisque neglecta, quare & ipsi è caelo in aeternam, atque irremissibilem damnationem, & penam sunt missi) intelligi, ac sine ulla tergiversatione, debere. Tertio probatur ab eodem Salmirone, ex Basilio in cap. 14. Epistolae, & Hieronimo in cap. 1. ad Ephes. atque alias etiam, docentibus penitentiae locum Angelis malis factum, quoad vique creato iam homine (die scilicet creationis sexto) inviderunt, quo, & die, & peccato penitentiae locus clausus, & via terminus positus fuit, cum autem breviori, quam sex dierum, imò brevissimo spatio, tam boni, quam mali Angeli, per eosdemque Patres, & Doctores reliquos circa praecipuum ipsis impositum, eiusque observantiam vel transgressionem deliberaverint, multo iuxta hos Patres tempore post peccatum potuisse penitentiam agere Angelos malos compertum est.

6. A ratione vero Theologica probatur conclusio: quia, cum Deus, è sua misericordiae benignitate, erga reliquias suas rationales creaturas, (homines scilicet) non solum ad penitentiam de vno, sed de pluribus gravibus, & gravissimis quantumvis peccatis, nec semel solum admittit, sed multoties repetitis, ex ea misericordia, & benignitate remittit, & iterum atque iterum gravior proinde committit in multa patientia expectat: idque ex sua ad ignoscendum, quam ad puniendum, quasi nativa, & impote inclinatione maiore, ut proinde in suis proprietatibus veniam peccatorum, quasi indefectibilem, velit haberi (ut Ecclesia oratione illa, Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere testatur) locum penitentiae Angelis de vno saltem primo illo peccato in via statu fecisse antequam irrevocabili, & definitivo causae ipsorum iudicio damnarentur equum Theologis censere, ac de Dei bonitate, & misericordia sententia procul dubio est; neque aliter, citra imprudentiam, nec satis piam temeritatem poterit iudicari: ni aliter à Deo factum (ut fieri absolute potest) ex scriptura, & constante Patrum intelligentia, & iudicio, quae absunt, nobis innotescat. Vigetur: quia opinio illa, non paucorum asserentium ad eum gradum, & ad cumulum peccatorum praegravitate, & multitudine pervenire posse, ut eis adhuc in via, vitaeque perstantibus, gratiam ut de eis penitere valeant, ac respicere denegat, ac subtrahat, male apud Doctores reliquos audit, minorisque in Deum pietatis merito notatur: est autem minus longepium, atque adeo valde dissonantius, vnum tantum illud primum Angelorum peccatum, expectatum à Deo fuisse, ut auxilium gratiae sufficiens, & necessarium, ut de eo penitere illos absolute posset deinceps denegaretur, ac tota eorum de aeterna salute, vel perditione staret lege omnibus Angelis communi eorum causa definitur. Dixi *staret*, & communi omnibus lege, quia indiviso aliter angelo, ita ex Dei libertate constituit, ut peccato primo mortali eorum via finiretur ac locus penitentiae praecideretur, ad gratiae dominium suum ostendendum, fieri à Deo, absque eiusmodi nota posset, ut factum in ali-

quot hominibus, absque facinorosi peccato primo mortali vitam, viamque subinde suam finirent, quin penitentiae locus datus eis in via fuerit, quae vltimus, non processit aliquibus, adhuc in via perstitit, ut Angeli omnes post primum peccatum perstiterint (ut vidimus q. 1.), gratiam sufficiens, & necessariam absolute, ad penitentiam post vnum, imò post multa, eaq; gravissima peccata, quantumvis iterata dein ipsa à Deo denegari committere Theologi exhorrent necdum stata lege commune omnibus hominibus in statu viae permanentibus, & ob primum peccatum, ut adversarii Angelis communi, & stata lege omnibus factum à Deo volunt: immò vero ita cum perstiterint in via post peccatum fieri prorsus repugnat cum via statu, sive Angelorum, sive hominum eorumque; via, quae ad aeternam salutem est, & in qua non possunt per penitentiam incidere esse non possunt: neque autem absque gratiae auxilio ad penitentiam progredi: ergo ut in via adstent illud eis datum, ac subinde penitentiae locus.

7. Etsi vero id fieri à Deo absolute posset, factum tamen ita fuisse nullo scripturae, & Patrum fundamento, & intelligentia communi nititur: ac proinde pro nativa Dei misericordia, & ad veniam, quam ad supplicium propensior maior ab Ecclesia asserta, atque in nobis frequentissimo experimento comprobata standum pio, prudentique Theologo esset, ut diximus, probandum restaret. Porro quantumvis eius probationi satis esset testimonia ab adversariis tantum diluere (ipsis enim incumbit probatio, nobis autem negativa sufficeret) de superfluo tamen, positum probatur, quod scripturam attinet (ex patribus n. 4. & scripturam est: ex praefato illo Michaelis & bonorum Angelorum sequacum cum Luciferis, & reliquis Angelis apostatis in caelo empyreo, in quo creati omnes fuerunt primum in die, in cuius nolum hunc aeternam damnationem Damones ab illis creabatur. Neque enim praefatum illud sufficiens, & amissum beneficiis honorum ad malos rationibus, & adhortationibus, ut respicerent, contra vero maleficus fucosusque suggestionibus, & disputationibus, ut à bono recederent habitum fuit, ut q. 1. ostendimus ac r. 1. c. 1. id quod in malos de peccato penitere salubriter absolute posset, locutus, & penitentiae potentia absoluta antequam caelo ob impenitentiam, & contumaciam demum damnati eissent, per sufficiens gratiae auxilium factus à Deo fuisset haberi fieri, minime poterat, etsi autem Lucifer à nullo sedulo peccavit aliis notae inferioris Angeli ab eo, & aliis sedulo deliquerunt: cum autem via tempus omnibus eorum idem fuerit, & aequale post lapsum vltiorem viae durationem Lucifer habuit, quo, & alios decipere potuit deinceps vel converti.

CERTAMEN V.

Adversae sententiae fundamenta convelluntur.

1. Negativa vero probatio ex Patribus siquod eorum nemo penitentiae locum in via malis Angelis negaverit, qui vero ob primum peccatum damnatos angelos aliquando aiunt, contumaciam, quia in vltiore duratione ab eo recedere, ad Deumque converti noluerunt, non excludit: nec si statim post peccatum dicant damnationem fecerunt: sumitur enim statim pro eo, quod brevis, et distinctibilis tempore: factum est, ut frequenter non solum apud homines, sed apud scripturam, & Patres vsu venit, sed ex v. bis epist. 2. Petri c. 2. si enim Deus Angelos peccatores non pepercit, sed rudentibus inferni detraxit, inferunt ergo nec dedit, eis locum penitentiae: consequenter probatur primo quia non dixit, qui peccaverunt de preterito, sed peccatores: quasi peccato ipso venia, ac penitentiae via ipsa fuerit occulta. Nec valet, si etiam de hominibus, quibus penitentiae locus datur, Job. 9. dici. *Peribit enim opera mea, sciens quod non parceret delinquenti*: quia conditio, si peniteat subintelligitur, voluit enim speciale aliquid Peniteat subintelligitur, voluit enim speciale aliquid trus de Angelorum damnatione dicere, quod iustitiae divinae horrore, nos à peccato detereret, si autem respectu peccantium, vti, & hominum qui penitentiam intelligunt.

Intelligatur, nisi specialis horrore iustitiæ Dei in Angelos exercitæ dixisset. Secundo probatur consequentia: quia ea nulli Angelorum peccantium veniam datam dicitur, quare nullum Angelorum veniam donatum salubriter penitusse, eo loco, ut dogma fidei à Petro credendum sentent nonnulli, nec oppositum Doctor, aliquis Catholicus ob eum locum audet asserere, ut q. sequente videbitur. Tum, quia ea verba, doctrinalia cum sint vniuersaliter intelligi debent iuxta expositores omnes. Tum, quia, inde omnibus Angelis, nullo excepto, intelligatur, nihil speciale de iustitia tremenda, & vindicta de Angelorum peccatis à Deo sumpta diceret Petrus: cum eodem rigore, & securitate in peccatores homines quam plurimos, & fere omnes. Si cum numero eorum quibus peccatorum venia à Deo exhibetur, conferatur. Iam veto, quod omnibus individuis generis alicuius de facto conuenit, id nusquam contingenter euenire certum videtur: cum quiddam contingenter euenit contentis sub aliquo genere, aut ceterorum, cunctis omnibus, & semper nusquam eueniat; at si Angelis peccantibus penitentia locus datus esset venia eius fuisset absolute contingens: ergo eis penitentia de peccato locus per auxilium gratiæ, ut ad Deum conuerterentur, factus adhuc non fuit.

2. Strinxi difficultatis ex Petri loco ab aduersariis propositæ nodum, quam potui arctissime; sed, ut planius facilliusque solam, ut hic etiam verum proverbium illud habeat. *Qui bene fingit, bene dissolvit*, seu vulgari nostro idiomate Hispano, *Quien bien ata bien desata*. Negatur igitur consequentia ex hoc loco deducta, quod autem pro utraque eius probatione expenditur, & tanquam literalis sensus, & mens sancti Petri, eo loci & capitis supponitur (scilicet in vindicta de peccato Angelorum sumpta exemplo speciale, & horridum, quod in vindicta de peccatis hominum sumpta inveniri nequeat, Petrum proposuisse vniuersum, & in omnibus fallum est, ac præsertim in eis quæ probationibus consequentia possunt inferri. Invenitur siquidem Petri eo capite, aut textu, eius contextus liquet, fuit horribilibus Dei supplicii ab Scriptura sacra memoratis durissimum indicium mendacibus magistis, & impostoribus verbo, & exemplo celestium morum in Ecclesia Christiana futuris prædicare: quod scilicet easdem nequaquam sint, sitne potentia, opulenta, & dignitate, sive multitudine, & frequentia consilium. Ideo Angelorum maiorem potentia, & dignitate natura hominibus cunctis longe præstantiorum, numero vero plurium valde horrendo supplicio, deinde in mundo perditio, toto aquis diluvii immerito, in civitatem Sodomæ, & Gomoræ combustione, tertium exemplum posuit cum tamen tot mundi incolæ diluvio suffocatos diu ad penitentiam expectatos fuisse, ex Scriptura constat. Non ergo in eo, quod dicit, & dicit adeo Dei supplicii notissimis, ut timorem diuinæ in peccatores generis, & conditionis cuiusvis nefarii impostoribus illis ingeneraret ex denegato Angelis penitentia loco (quod notum hominibus tunc non erat, imo, & nunc à sapientioribus rem ex instituto versantibus minus probabile, & pium iudicatur) diuinæ vindictæ de illis sumptæ magnitudinem ponderavit: maxime, cum allatis hominum exemplis ad penitentiam dei expectatorum, quiddam inde horrore induci posset, hominibus euasceret: æstimantibus idem sibi, quod Angelis non euenturum, sed potius, quod illis in exemplum adductis, & hominibus aliis, communiter via venerat: speciale quod secunda probatio consequentia addit; scilicet eo textu nullum Angelum, qui semel peccavit, respicisse, contineri, atque ex illo, ut fidei dogma esse resendum tangit aliud quæst. 3. ex iustitio examinandum, nempe, quem fructum ex loco penitentia daret transgressores Angelis, aliqui saltem, perceiverint; illud nunc non silebo (ne ibi rursus hunc Petri textum repetamus) nusquam ex illo cam propositionem esse de fide, nec sensu doctrinali, & vniuersali de omnibus Angelis, qui peccaverunt pro statu viæ intelligi necessario debere. Id quod patet ex probatione subiuncta. Quæ enim textu aliquo scriptura formaliter continetur, ut quæ per illum de fide sunt, oportet contineri, textus intelligentia, & explicatione sola non autem discursu, & argumentatione opus habent. Sc-

ciundo: ex argumenti tacti debilitate.

3. Nititur enim in eo quod præter atrocitatem supplicii Angelis infligti specialemque hominum ibi memoratorum supplicii non conuenientem rigorem proponi à Petro. Quod, nulli illorum pepercerit, cum veniam debeat hominum pluribus. Sed præter dignitatem naturalem Angelorum potentiam, & perfectionem maiorem, & atrocitatem tormentorum, quæ intento Apostoli, in eo capite inferuntur, nil aliud speciale in eorum supplicio ponderatur, ut constat ex his quæ subdit Petrus, num. 11. *Vbi Angelis fortitudine, & virtute, cum sint maiores, non portant* (id est vix sustinere, portareque possunt, aduersum se execrabile iudicium; & certe cum suæ conditionis homines peccatores omnes ad unum damnatos non fuisse, adductis etiam à Petro exemplis videamus: quidnam iudicii Angelorum vniuersalis ille rigor timoris specialiter hominibus incuteret, qui hominum iudicatorum, non Angelorum iudicium passuros se esse merito crederent. Sed quoniam: etsi id ex hoc aliove scriptura loco de fide non sit, est tamen communi Doctorum calculo, & rationibus aliis longe probabilibus, ac verum; admissa vniuersali Angelorum peccantium, nullo excepto, pro viæ etiam statu impotentia, negatur illatio inde facta ad impotentiam penitentia absolutam ipsorum pro statu viæ, etsi enim, quæ omnibus cætus, & conditionis vnus, semper deficient, non contingenter, sed ex defectu potentia deficient, sicut, quæ semper & vbiq; omnibus cætus, & conditionis vnus adiunt, non contingenter, sed ex intrinseca, & naturali, ac determinata ipsorum potentia & facultate adesse dicuntur; id tamen verum habet in his, quæ ex natura rei, & connaturali rebus, providentia, vel adiunt, vel deficient; locus in his, quæ supernaturalem providentiam Dei, in ordine ad auxilium gratiæ, vel donationem, vel denegationem, quæ potentia absoluta penitentia salutaris Angelis peccantibus, vel defecerit, vel adiuvent in via constituenda esset. Reliqua, quæ ex physica Angelorum à semel habitis affectibus, absoluta immobilitate, vel terminatione viæ Angelicæ præcepti impositi obseruantia, vel transgressione prima, disiecta manent q. hac, & antecedente, & q. 3. iterum disijciuntur, & quæ ab aduersariis contra conclusionem obici possent, ex eorum principiorum falsitate subruunt.

4. Duo denique opponit Molina. Primum ex Nysseno, seu Nemesio, vel utroque, recitatis numero quinto, Damasceno 2. de fide, cap. 4. Cassiano collat. 4. cap. 14. Gregor. 4. Moral. in Job. c. 9. & Io. Idoro. 1. de summo bono, cap. 12. sent. 11. Fulgentio de fide ad Petri. c. 3. Autore de mirabilib. sacra scriptura, & communi Patrum, qui aiunt: idem Angelis lapsum, & casum (in culpam) fuisse, quod hominibus mors, quæ nempe his locum penitentia non relinquit. Sed non est gratis in culpam lapsum moralem, significare, sed localem ab empyreo caelo intelligi diximus. Secundo: si de casu, lapsuque morali intelligatur contra quartam conclusionem Molinæ, immediate antecedente ipsius, & maxime contra eius secundam probationem, acius Patres pugnabunt. Cum enim hominibus viæ status, ac subinde merendi, ac demerendi morte cesset, lapsu illo mortali, seu peccato status viæ merendique, ac demerendi ex Patrum sententia cessavit contra præfatam Molinæ conclusionem 4. qua docet: secundum instant, seu moralem Theologicam vim Angelorum malorum ante tertium damnationis, & supplicii diuisibilis durationis fuisse: tum quia, in eo plura, & successiue peccata, ob quæ in tertio fuerunt damnati, ac subinde demerita habuerunt, quæ post lapsum primum moralem (qui viæ eorum, sicut mors nobis terminus esset,) locum non haberent. Tum etiam: quia prælium bonorum, malorumque Angelorum disputationum, & rationum, quibus quicque alios in suas partes trahere contendebat in caelo esse docet quod instantaneum fuisse *ribuit*, inquit, *doceantur*: sed æque ridicule, in quam ego dicetur non fuisse in via, & cum malis, quibus penitentia locus datus post lapsum, non esset, ac subinde, nec penitentia, & ad Deum conuersio possibilis: ergo lapsus moralis Patrum sententiam viam Angelorum non claudit, nec locum penitentia occlusit, nisi inde argumentum Molinam impugnet.

impugnent. Secundo arguit. quia auxilia supernaturalia quibus poenitentiae salutaris locus, & potentia facienda Angelis malis erat, esset gratia supernaturalis lapsus Angelis, etiam inimicis data; ergo gratia Redemptionis, ac per Redemptorem Christum: at Deus, nec redemptionem, nec Redemptorem Christum à peccato Angelis dare voluit: ergo nec gratiam supernaturalem dedit, qua locum lapsus poenitentiae faceret, & poenitere eos de peccato salubriter absolute posset. Respondetur: Angelis lapsis pauculis, (protoparentum tentatoribus exceptis redemptionis) gratiam, & per Christum, sufficientem solum, ut poenitere salubriter eos absolute posset pro via statu providisse: ut diximus controu. de Incarnat. tam eis, quam bonis Angelis, protoparentum custodibus exceptis, primam gratiam auxiliantem, ut obedirent ex meritis Christi fuisse donatam, quia id non repugnat: ex primaria vero intentione ut primam gratiam Angelis mereretur, aut sufficientem redemptionis, quibus poenitentiae locus, & possibilis eis absolute poenitentia fieret, Deus incarnatus non fuit, merentique, ac Redemptor Christus exiit. sed, ut lapsis hominibus gratiam, & redemptionem meritis, & satisfactione à Deo obtineret offenso: quare hominum deficiente peccato, neque existeret Christus, ut controu. de Incarnatione cum Patribus docuimus, nec ullam gratiam bonis, aut redemptionem malis fuisset promeritus, neque ut Angelis gratiam redemptionis, aut non redemptionis mereretur Christus veniret, neque eis voluit Christum Redemptorem; sed secundaria voluntate.

5. Semel enim iam existente Christo occasione peccati hominum, atque in eorum redemptionem, eis omnibus Angelis, quorum gratia, vel redemptionis, vel non redemptionis, pro naturae priori, eiusmodi hominum peccatum non praecessit: ut reliquorum à Protoparentum custodibus, & tentatoribus Angelis gratia non antecessit: utriusque conditionis gratiam eius merita pertingere; quia, infinita cum fuerint, omnes gratiam, quam propiori naturae ipsa donatam non supponebant, in praemium complexa sunt, atque cunctis donatio oportebat, & quamquam illud Apostoli *Nulquam Angelos apprehendit, sed semper Abraham*, id est homines, apprehendit de apprehensione redemptoria, cum aliquot Patribus, & interpretibus, quae tamen de apprehensione per unionem hypostaticam, germanius intelliguntur, de apprehensione ex primaria intentione, & per se intelligi debent, vel de apprehensione redemptoria, quoad efficaciam solum: cum enim nullum Angelum de facto redemerit, atque effectu redemptionis, absolute verum est, nullum Angelum quare nec naturam Anglicam redemisse, aut recuperasse, vel apprehendisse aut redemptionem. sicut humanam, & homines recuperavit, ac redemptorie apprehendit, cum plures recuperavit, & apprehendit de facto, etiam alios, quoad sufficientiam solum redemerit. At tentatoribus Protoparentum, quibus poenitentiae salutaris locus, & potentia absoluta, sicut ceteris per gratia supernaturalis auxilium facta etiam pro statu viae, ac non per Christum, eiusque merita, & redemptionem à Deo fuit, idemque erit, si idem de reliquis Angelis transgressoribus dici malueris, an redemptionis, quoad sufficientiam respectu servitutis peccati, & diaboli dici debeat, & si respectu Dei ea auxilia dantis, & condonantis Angelis indignis remissio potius debiti carenti illis, quam redemptio debeat nominari: quæstio de nomine erit, non multum curanda. Admissa vero, quod gratia redemptionis nominanda sit, ac per Christum, eiusque merita & redemptionem data non fuerit, nil absurdum, & contra doctrinam Patrum, & Theologorum admittitur. Dum enim omnem gratiam redemptionis, tam, quoad sufficientiam, quam quoad efficaciam indignis peccatoribus per Christum Redemptorem datam docent, de gratia redemptionis data hominibus, quorum omnium Christus explorata, atque ex fide Redemptor est, loquuntur, nihil prius examinautes, nec cogitantes de redemptione hac Angelorum, quoad sufficientiam ex meritis, & satisfactione Christi, eorum etiam secundario Redemptoris, vel nec gratuite redemptionis à duplici illa servitute

à Deo Angelis, quoad sufficientiam facta. Denique illud, cui solum, multumque pro aduersa sententia fuit Ariaga, de impossibilitate satisfactionis pro mortali creatura, etiam ex auxilio gratiae supernaturali exhibende, extra rem prius est. Ut enim poenitentiam salutarem exhibere absolute in via Angelis possit facta esse gratia supernaturali sufficiente ad illam elicendam Angelos peccatores in statu viae instructo à Deo sufficientem omnibus effectio; poenitentia perfectissima contritionis, ex Deo summe, & super omnia dilectio non fit pro mortali satisfactione. Secundo: si quid ea ratio probaret neque peccatoribus hominibus in via ex Dei gratia locus poenitentiae salutaris à Deo fieret, sicut videntur possit. Id quod contra ipsum Ariaga, omnesque Theologos, Patres, Concilia, atque fidem Catholicam est, ut patet.



QVÆSTIO III.

An aliqui Angeli peccati vel obedientie aliorum causa fuerint: ubi de prelio inter bonos malosque, pro via statu in caelis habito, ac eius exitu.

Certum titulo quaestionem versant Theologi cum sancto Thoma, prima parte, quaest. 63. articulo secundo, tertio, sexto, & octavo, praefertim. Vtrum scilicet peccatum primi Angeli alius peccandi causa fuerit: cum idem de aliis malis Angelis respectu aliorum malorum quæri possit, atque ex iisdem principis proportionem servata, de eis, ac de primo Angelo debeat definiti. Ex similibus vero principis definitum etiam est, an Michael, aliqui boni Angeli, qui in bono perseverant perseverantiae prelii bonorum Angelorum cum malis in caelis finiti, apertius ostenderint, id quod explicatione prelii bonorum Angelorum cum malis in caelis finiti, apertius ostenderint, id quod vniuersaliori titulo, quaestionem propoli, & cum ea de Angelorum prelio in empyreo habito merito coniunxit, supponit autem quaestio non vnum luculentum, sed plures etiam Angelos peccasse.

CERTAMEN I.

Affirmatiua sententia conclusioibus aliquot distincta eligitur, & fundatur.

1. Libertas in. 1. d. 6. a. 3. Guillielm. Paris. 2. p. 1. partis. 1. principalis de vniuerso. c. 112. Castro aduers. haret. verbo peccatum huius, negant iustro premum ex malis Angelis, ac subinde inferiores ipsos, aliosve ipsius inferiorum causam peccati, siue exempli, siue suasionis aliquam fuisse. Referuntur etiam pro hac assensu sententia Alex. 2. p. q. 99. nem. 1. Antiodorem. lib. 2. tract. 2. c. 5. qui tamen potuisse Luciferum, & alios ex superioribus alterutro modo causam peccati inferioribus esse affirmant; ita vero factum, nec affirmant, nec negant. Affirmatiuum vero sententiam docuit sanctus Thomas citat. quaest. 63. articulo octavo. ubi Caietan. & interpretes fere omnes. Molina ubi proxime. Ioan. Praepos. ad eum articulo. 5. Sed longe communius. Ioan. Praepos. ex sententiis. Sanct. Bonau. in 2. d. 5. a. 2. q. 2. Richer. 2. 1. q. 2. Egid. d. 6. q. 1. 2. 1. ubi, & Argentina eque. 1. Gabriel. 9. etiam. 1. 2. j. deb. j.